Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36534
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

dadan. fuerunt asurim. et lathusim. et loommim. At vero ex madian. ortus
est epha. et opher. et enoch. et abida. et heldaa. Omnes hi filii cethure. HIER. Ce
thura hebreo sermone copulata interpretatur. aut iuncta. Quam ob causam
suspicantur hebrei mutato nomine eandem esse agar. que sara mortua
de concubina transierit in uxorem. Et videtur depositi iam abrahe excusari etas.
ne senex post mortem uxoris vetule novis arguatur nuptiis lasciuisse. Nos
quod incertum est relinquentes. hoc dicimus. quod de cethura nati filii abra
ham. iuxta historicos hebreorum occupaverunt. ΙΡΩΤΟΔΥΤΗΝ. et arabiam
que nunc vocatur ΕΥΔ ΑΙΜΟΝ. usque ad maris rubri terminos.
Dicitur autem unus ex posteris abrahe qui appellatur afer. duxisse adver
sum libiam exercitum. et ibi victis hostibus consedisse. eiusque posteros ex nomine
atavi africam nuncupasse. Quod autem ait. et filii dadan fuerunt. assurim. et
lathusim. et loommim. assurim in negotiatores transferri putant. la
thusim eris ferrique metalla cudentes. laommim vero filarcus. id est prin
cipes multarum tribuum. atque populorum. Alii ab hoc assurim vocatos siros esse
contendunt. et a plerisque filiis abrahe ex cethura. occupatas inde regiones.
ISID. Quid est quod abraham post obitum sare. ceturam duxit uxorem. Numquid
ob incontinentiam. dum esset iam etate grandevus. Absit. An propter filiorum pro
creationem. dum illi semen quasi stelle celi ex ysaac filio promitteretur. Non.
Ergo quid sibi vult ista cethura. nisi quia sicut agar et ismahel significa
verunt carnales veteris testamenti. sic et cethura et filii eius signifi
cabant hereticos. qui se ad testamentum novum existimant pertinere.
Sed utraque concubina dicitur. sola sara semper uxor vocatur. sic scriptum
est. Una est enim columba mea. perfecta mea. Dedit autem cuncta abra
ham. que possidebat ysaac filio suo. filiis autem concubinarum largitus est
munera. et separavit eos ab ysaac filio suo. et cetera. Quid hoc signifi
cat. nisi quia dantur et non nulla munera filiis concubinarum. id est carna
lium. Sed non perveniunt ad regnum promissum. nec heretici. nec iudei. quia
carnalia lucra sectantur. Preter ysaac enim nullus est heres. utique quia
non filii carnis. sed filii promissionis deputantur in semine. Et mortuus
est abraham in senectute bona. senex et plenus. et collectus est ad populum